

Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

de prædicantium beatitudine. c. 16.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

Uigerit. Et tunc demum Christus vester rex regnū & de-
minus dominantium erit, cum vos alijs præsse iussurit,
tribunos vel chiliarchas animarum, quas ei lucrat i estis
constituens.

¶ De prædicantium beatitudine.
Caput XVI.

Isaiæ. 52. **S**mite igitur calciamenta in pedibus ad præpara-
tionem euangelii, ut cum cælestia prædicaueritis,
terrena non contingatis, & de vobis dici qat, Quæ
pulchri pedes annunciantium & prædicantium pacem,
& annunciantium bonum. Excitet vos dei amor, proximæ
charitas, promissaq; vobis beatitudinis merces.
Iohan. 4. Qui enim fecerit, & docuerit sic, magnus vocabitur in
regno cælorum. Et qui merit mercedem accipit, & con-
gregat fructum in vitam æternam. Et qui talentis domini
ni totidem alia lucratus fuerat, dixit dominus, Euge ser-
ue bone & fidelis quia super pauca fuisti fidelis, sup mul-
tate constituam, intra in gaudium domini tui. Talenta
quæ ad negotiandum dantur, scientia spiritalis est, talē
ta yō q; superlucrantur, opera sunt tum nra secundū sc̄
entiae donum facta, tum eorum q; docendo & exhortan-
do vt eadē facerent alleximus. In Isaiæ etia in beatos vo-
cat dñs doctrinæ sanctæ dispensatores, Beati (inquit) q;
seminatis super omnes aquas, immittētes pedem bouis
& asini, hoc est, Iudæi & gentilis, quod qdem ad euāge-
lii tempora pertinet. Antehac enim lex veterebat arare in
boue & asino simul. Dñs quoque Apostolis p̄ceperat, in
viā gentiū ne abieritis. Nūc autem seminatur super omnes
aquas, & pes bouis & asini simul immittitur, postq; ipse
dñs asinā solui iussit, & asino insidēs ingressus est ciuita-
tē. mādauitq; euangeliū omnibus vbiq; gentib; p̄dicari.
Beati igitur erūt, q; ybi dei semen, vbiq; fructus aliquis
speratur, studuerint seminare. Qui enim cōuerterit pec-
catorē (vt Iacobus Apost. ait) saluabit animā ei⁹ a mor-
te, & operit multitudinē p̄stōbz. Quāti autem meriti sit, pec-
catorē ad p̄nitentiā inducere, & a vitio ad virtutem
reuocare, oñdit dñs ad Ieremiā. d. Si conuerteris cōuer-
tam te, & añ faciē meā stabis. Quę sane beatitudo par vide-

Matt. 16.

Isaiæ. 33.

Deut. 22.

Iacobī. 5.

gur angelicæ felicitati, q & stare dicuntur in conspectu
dei patris, & faciem eius perpetuo cernere. Atque hæc
sunt bona illa ineffabilia, q scientia & probitatem prædi-
tis debentur præceptoribus, dicente Salomone: Erudi-
tus in verbo reperiet bona. Dicente etiam angelo ad Da-
nielem: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor fir-
mamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, q si stellæ
in perpetuas æternitates. In quo videſ maioriſ præſta-
tiæ fore illoſ beatitudinem q aliorum sanctoſ. Quan-
doquidem iſi rebus cōparant, quæ inter iſa nostro
aspectui patentia, omnium pulcherrima apparent, & ter-
ram omnem suo illustrant lumine. Ad hæc, si eos inter-
ra præ cæteris reuereri iubemur, quomodo non etiā in
cælo altiore honoris gradū adipiscetur, ita enim Apo-
ſtolus: Qui bene præſunt presbyteri, dupli ci honore di-
gni habeātur, maxime qui laborat in ybo & doctrina.

Prou. 6.
Danie. 12.

1. Tim. 3.

¶ Quantum prodest habere prædi-
catorem. Caput XVII.

Satis multa de officio apostolici prædicatoris hacte-
nus dicitur sunt. Restat nunc videndum, quantū po-
pulo proſit habere sanctum atque eruditum pie iu-
ſicq; viuendi pceptorem, & econtrario quantū noceat
ſi defuerit. Præſente illo erigimur, ſtam⁹ pſicimus: ab-
ſente illo labi atq; cadere ſolemus. Ioaſ rex Iuda donec 2. Reg. 12
Ioiadæ ſacerdotis cōſuetudine confiliisq; yſus eſt, pie q; Ioaſ.
beq; vixit illo morte ſublato, ad vitia declinavit. Cæte-
ros reges oēs, qui fidei morumq; sanctitate, pphantur, e-
ducatos iſtitutosq; vel a ſacerdotibus, vel a pphetis fu-
iſſe cōſtat. Samuel docuit Dauidē, Nathā Salomonē, Mi-
cheas Iosaphatū, Oſee Joathanū, Iſaias Ezechiā, Ieremi- 1. Esdr. 10
as Iofia, Edras populu, ita ut illo monente repudiarin
vxores, filiosq; abdicarint, q; contra dei legē alienige-
nas acceperat, prolemeq; cū his multā ſuscepereant. Diffici-
le fuit vxores dimittere, difficultius ex ſe genitos a ſe ſe
parare. Vtrumque tamen factum ſacerdotis adhortatio-
nibus historia ſacra reſtatur. Tantum ergo prodest ido-
neū habere doctorem, qui vitia increpet, & ad yitutem
d. 2